

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Stockmann

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman Phil. & Med. D. ac Prof. Ad Exsequias Quae Matronae primariae Catharinae Papiae, Solemniter hodie parantur Omnes omnium ordinum Cives Academiae amanter invitat : [P.P. Rostochi[i] d. XXIX. Ian. An. MDCL.]

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682550X>

Druck Freier  Zugang



Stockman, J.,

in

C. Papke.

Ax. H. Pauli:

Rostock, 1650.

10



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77682550X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682550X/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOACHIMVS STOCKMAN,
Phil. & Med. D. ac Prof.

Ad Exequas
Matronæ primariæ
CATHARINÆ
PAPKIAE

Solemniter hodie parantur

Oratione ordinum Cives Academia



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.
ANNO M. D. C. L.

Enectus Eratostheni hiems vita,
Comicis crebro & argutè mala-
etas: Ciceroni onus Aetnâ gra-
vius dicitur. Hinc poëta ille ex-
clamat:

Ω μῆτρα, ως ἀντον αἰ Γεώπολισ τη
Ποθαίου, ως οὐδωμον. εἴδε οἶται στάρης,
ἀκθηρὸν, ως μοχθηρὸν, εὑ λέγει ποτε,
ἀδείσ. πακᾶς δὲ πότε ποτε, θεοφῶς λέγει.

O senecta, quam cunctis hominibus es
Optata, quam beata: deinde cum accesseris,
Molesta es gravis: nec ullus bene dicit
Tibi: sed contra, quis quis sapit, maledicit.

Nam πάντες ἐμπέψυκτε τὴν μακρὰν μήτραν παῖδες
νῦν Φρέδρον, ἔργον ἀχρεῖα, Φροντίδες κενά.
πάντας ἀποχθερμοὺς μῆτρας ἄμα μαρτυρούσαι κενά
νιβιτ non malis senecta longe imbareret.

Mens vana, opera inutilia, cura supervacua.
Odiosa enim senecta corpus pavlatim tabescens
macerat.

Hinc Virgilius semper unā ponit morbos & se-
nectutem; nec sanè immerito. Senectus enim
insanabilis morbus est. Præterea & hoc senectu-
ti cognomen imposuit, tamen illam vocat

sub-

— subeunt morbi tristisq; senectus.
Quemadmodum ex amphora primum quod est
sincerissimum effluit, gravissimum quodq; tur-
bidum q; subsidit: sic in aetate nostra, quod optimum,
in primo est. Inhæreat istud animo, & tan-
quam missum oraculo placeat:

Optima quoq; dies misericordia mortalibus avi

Prima fugit.

Ut enim

Si quid de vino meliori in vase relicum est,

Mox vitium dicit, Operace sit idem:

Sic quijam vita pervenit ad ultima, si p[ro]p[ter]e

Sumit acorem, Sit tristis ab ingenio.

Ut ut verò senum præmortuum ferme & inutile
ministeriis sit corpus, non tamen cum Stoicis fa-
cimus, qui educere animam laborantem & finem
non opperiri, sed manu facere satius existima-
runt. Fortasse paullò ante quām debet, facien-
dum est, ait ille, ne cūm fieri debeat, facere non
possis: Et cūm magis periculum sit malè viven-
di, quām citò moriendi, stultus est qui non exi-
gi temporis mercede, magnæ rei aleam adimit.
Hæc ille. Tradit Valerius Maximus consuetudi-
nem illam etiam in Cœo insula Græciæ servatam.
se ad nimadvertisse, quo tempore cum Pompejo
Isthic transiit. Forte enim evenisse, ut tūm sum-

mae dignitatis ibi foemina, sed ultimae senectutis,
reddita ratione civibus, cur excedere vitam debe-
ret, veneno consumere se destinari, mortemque
suam Pompeji praesentiâ clariorum fieri, magni-
estimarit. Hinc & Seneca: non relinquam se-
necutem, inquit, si me totum mihi reservabit;
totum autem ab illa parte meliore. At si cæperit
concutere mentem, si partes ejus convellere, si mi-
hi non vitam reliquerit, sed animam: prosiliam
ex ædificio putrido ac ruenti Hoc idem Stobæus
Gorgiae Leontino adscribit, qui senex interroga-
tus, ecquid libens moreretur? μάλισταν δέ τοι τοις
τοι περὶ καὶ πέπτοντος οἰκιδίας αὐτῷ θεωρήσεις: maxi-
mè, inquit, nam ut ex putri & disfluentie do-
munculâ, non invitus abeo. At nos saera-
rum literarum & senioris philosophiæ è fontibus
longè seniora hausimus. Et quemadmodum in
bello injussu Imperatoris è statione & præsidio
discedere non licet, ita ex vita injussu Dei migra-
re impium ac nefas omnino credimus. Recte
Epicetus: homines, sustinete, Deum expectate,
donec ille signum dederit, & solverit vos hoc mi-
nisterio: tunc ad eum redite. nunc autem in
præsenti tolerate quo animo & incolite re-
gionem istam, in quâ vos collocavie.
Mortem S U A M à D E O etiam quotidie
exspe-

exspectavit CATHARINA PAPKIA, cui hodie
justa persoluturi sumus. Eoque ardentius morta-
litas sua metam expectavit, quo minus viæ re-
stare sciebat. Alia enim genera mortis spei mixta
sunt. Desinit morbus, incendium extinguitur,
ruina quos videbatur oppressura, deposuit sine
noxa & velut manu collocavit; mare quos hause-
rat, eadem vi quam sorbet, ejecit in columnas; gla-
dium miles ab ipsâ perituri cervice revocavit; ni-
hil habet quod speret, quem senectus ducit ad
mortem. Nata Ea fuit anno superioris seculi su-
pra millesimum quingentesimum octuagesimo,
honesti ac primariis parentibus; patre NICOLA
O LAO PAPKEN Centumviro & Aedis Marianæ
apud nos olim, praefecto meritissimo; matre JESCHA
SLORFIA, faminâ pientissimâ. A qui-
bus parentibus ad vitâ honestatem ita informa-
ta, ut animum gereret minimè infectum vel i-
gnaviâ torpidâ, vel luxurie profusâ, vel mollitię
delicatâ: sed imbutum isto cultu, qui, auctore
Tertulliano, est, de simplicitate promere cando-
rem, de pudicitia præ se ferre pudorem: pingere
oculos verecundiâ: inserere in aurem sermones
Dei: manus habere lanis occupatas, pedes domi
fixos; corpus vestitum serico probitatis, bysslo
sanctitatis, purpura pudicitiae. Tot tantisque, quasi
gem.

gemmulis' quib^dam cum ornata esset CATHARINA nostra virtutibus, non potuit non lumen jaculum aliquod in oculos D. HENRICI PAULI quondam hujus Academæ Professoris excellentissimi, Physici civitatis meritissimi, & postea Serenissimæ Reginæ Daniæ viduæ Archiatri, virtutibus acres & acutos jacere; qui eam quoque anno Christi millesimo quingentesimo nonagesimo quinto ambiit, exambiit; cum eaque in conjugio tranquillo vixit, usque ad annum 1610. quo vitam cum morte commutavit. Neque verò tranquillum tantum, sed etiam secundum fuit inter ipsos conjugium. Aucti enim sunt, divinâ benedictione, liberis tribus; duabus fæmellis, ELISABETA nimirum quam mortali- um cætibus ante diem acerba mors eripuit; & CATHARINA, quæ nuptia JOANNI BRAUN- JOANNI JC. & Notario quondam apud Lubec. primicerio meritissimo, nepotibus neptibus ac proneptibus hisce nostram beavit, JOANNE, ELISABETA, SOPHIA ELEONORA, JOACHIMO ERNESTO, ANNA & DOROTHEA atque ANNA MARIA gemellis; è quibus verò JOANNES, JOACHIMUS ERNESTUS, & ANNA diem suum obiérunt; CATHARINA matrimonio juncta Dn. JOANNI HAVERLANDO Jur. Lic. & Curiæ Lubecensi, Secreta-

110

rio duas fæmellas: ELISABETA vero Dn. JACO-
BO STYPMANNO J. V. Prof. Acad. Gryphis-
waldensis extraordinario ac Status in Ducatu
Pomeraniæ Secretario dignissimo nuptum data
duas itidem fæmellas peperit. Masculum Nostra
reliquit unum, nempe virum Excellentissimum
Experientissimum Clarissimumq; Dn. SIMO-
NEM PAULI Med D. Academiæ hujus quon-
dam, & post Hauniensis Prof. celeberrimum,
nunc Præfulem in Dania Arsensem spectatissi-
mum; ex quo prœnepotes ac pro nepotes vidi.
JACOBUM HENRICUM, (qui jam spiritum
ediderat antequam in has luminis oras ederetur)
SIMONEM, **SOPHIAM**, **DANIELEM**, **MAR-**
GARETAM, **CATHARINAM**, **ELISABE-**
TAM, **OLIGERUM**, **JOANNEM** **JOACHI-**
MUM & **PHILIPPUM ADOLPHUM** ge-
mellos, quorum iste jam vitam reliquit. Magna
certè hæc Demortuæ fuit felicitas, & liberos gene-
ra e, & tam numerosam posteritatem animo pro-
spicere. Quid enim parentibus gratius accidere
potest, quam si in liberis suis ipsi emortui vivant,
& successores ex se natos habeant, qui parentibus
succetti DEUM purâ mente colant, & majorum
exemplis invitati, bene de Ecclesia, Scholis, Re-
bus publicis mereri studeant. Jam qualis in vita
sua à prima aurora ad supremum usque occasum
fuerit

fuerit CATHARINA PAPKIA: quâ adversus
DEUM pietate: quam ardenti in liberos chari-
tate, dicere si vellem: non absque tædio tanquam
nova inculcarem quæ antea vobis perinde nota,
atque vosmet estis ipsis! Die XIX Jan, postquam
ex æde sacra domum se contulisset, male habere
cæpit, & die XXV Jan, circiter horam secundam
pomeridianam placidissimâ in & cum Christo
morte obiit. Subvolavit anima ejus, corporis hu-
jus ergastulo soluta, ut pie credimus, in cœlum:
& remigravit ad eum, à quo data, & cui piis pre-
cibus commendata erat: corpus, quod animæ
conjunctionem in his terris ipsos annos septuagin-
ta fuit, terræ matri reddetur hodie. Cujus funus
ut honorifico & frequenti comitatu vestro pro-
sequamini, Cives Academici, majorem in modū
rogo ac hortor. Interim quisq. & suam meditabi-
tur mortem ac condiscet. Quid enim, ut mihi de
suo hoc largiatur Cicero, ipsa sepulcrorum mo-
numenta, quid elogia significant, nisi nos futura
etiam cogitare, & nihil nisi sempiternum spe-
ctare? P. P. Rostochi d. XXIX. Jan.

AN. cl̄ Iōc L.

Conventus fiet in Æde B. Virginis sacrâ

-2A. etodie sui bora media prima.

enivit etdasp mei 45(0)90
muniessc oibmumemiqu. DESIOLES ZWING & sul
21301



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77682550X/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682550X/phys_0014)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77682550X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682550X/phys_0015)

DFG

exspectavit CATHARINA PA
juita persoluturi sumus, Eoqua
bitatis suæ metam expectavit,
stare sciebat. Alia enim genera
sunt. Desinit morbus, incend
ruina quos videbatur oppressu
noxa & velut manu collocavit
rat, eadem vi quâ sorbebat, ejec
dium miles ab ipsâ perituri cer
hil habet quod speret, quem
mortem. Nata Ea fuit anno si
pra millesimum quingentesim
honestis ac primariis parentib
LAO PAPKEN Centumviro
apud nos olim, præfecto merito
SCHA SLORFIA, fæminâ pie
bus parentibus ad vitæ honesta
ta, ut animum gereret in in
gnaviâ torpidâ, vel luxurie pro
delicatâ: sed imbutum isto cul
Terulliano, est, de simplicitate
rem, de pudicitia præ se ferre p
oculos verecundiâ: inserere in
Dei: manus habere lanis occu
fixos; corpus vestitum serico
sanctitatis, purpurâ pudicitia.

A 3



the scale towards document

ui hodie
s morta
is viæ re
ei mixta
guitur
suit sine
s hause
nes; gla
avit: ni
ducit ad
eculi su
gesimo,
NICO
Marianæ
atre J E
A qui
nforma
m vel i
nollitie
audere
cando
pingere
rmones
es domij
bysslo
q; quasi
gem-